

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9395

Auteur(s) : Richard de Poe [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1142-1187]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard Poe donne une rente sur sa terre de Perdrix.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

C. Caen, Musée des Beaux-Arts, coll. Mancel, 302, I, n° LXVI, p. 82 et VII, n° LXVI, p. 45-46. Copie du XXe siècle

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LXVI)

Cet acte est confirmé par Guillaume, évêque du Mans (1142-1187) : voir SCRIPTA 9396.

Texte d'après C

In nomine Patris et Filii et Spiritu Sancti amen. Noverint universi fideles quod ego Ricardus de Poeio concessi Deo et monachis Savigneii in perpetuam elemosinam liberam penitus et quietam quinque solidos cenomannensium censu qui michi ab eisdem monachis singulis annis solvebantur pro terra sua de Perdrieria et quicquid juris et dominii in predicta terra habebam neque nannum neque herbiagium neque mariagium nec aliquid omnino deinceps in ea reclamaraturus. Hanc autem donationem tam ego quam filii mei scilicet Petrus, Stephanus et Michael in manu domni Rainaldi prioris Savigneii cum libro coram plurimis monachorum et multis secularium misimus et concessimus et postea cum eodem libro super altare Sancte Katerine posuimus et fide data in manu Roberti Gislaut tam ego quam prefati filii mei jandictam elemosinam fideliter ad profectus monachorum servatueros nos esse promisimus. Hujus autem donationis gratia concedente dederunt michi monachi de caritate domus quinquaginta et quinque solidis cenomannensium, Petro autem filio meo XII denarios, Stephano XII denarios, Michaeli quoque VI denarios. Ut igitur hec donatio rata in posterum et inconcussa permaneat eam presenti pagina annotare et sigilli mei munimine roberare decrevi. Testibus his : Roberto Gislaut, Roberto Blanchart de Logis, Unfrido Fabro, Roberto de Spineto, Radulfo Vitreario, Roberto Capellano Doet, Ricardo Anglico, Gaufrido Fabro, laicus, domno Rainaldo de Cadomo priore Savigneii, Ricardo de Spineto, Roberto de Gemille, Ruallo de Caligneio, Johanne Gruel, Michaele de Moretonio monachis et multis aliis.